



Conclusionum Theorico-Practicarum 28
Ad XXV. Posteriores π. Libros

EXERCITATIO II.

DE

TUTELA ET CURA
CONSTITUTA, DISSOL-
VENDAQUE.

Quam Occasione

Tit. 7. & seqq. Libr. xxvi. ut & Libr. xxvii. Dig.

PRÆSIDE

BURCKHARDO BARDILI,
U. J. D. & Professore.

Ad diem Iulij.

Loco Horisque solitis

defendendam suscipiet

MARCUS CHRISTOPHORUS WELSERUS,
Patr. August.



TUBINGÆ,

Typis MARTINI ROMMEII.

ANNO M. DC. LXXXII.

Compendium Theologiae

IN SEX TOMOS

EXPLICIT TOMUS

DE

THEOLOGIA

CONSTITUTA

VERBA

VERBA

DE THEOLOGIA

VERBA

DE THEOLOGIA

VERBA

DE THEOLOGIA

VERBA

DE THEOLOGIA

MARCUS CHRISTOPHORUS

PARISIENSIS

PROFESSOR

TUBINGAE

Typis Johannis Romm

ANNO MDCCLXXII





Conclusionum Theorico: Practicarum

EXERCITATIO II.

Respondente

MARCO CHRISTOPHORO WELSERO,
Patr. Augst.

CONCLUSIO I.

Tutores omnes, sive testamentarii sint, (a) sive legitimi, sive dativi. (b) etiam mater & avia, (c) negotia quæ moram admittunt (d) non attingere aliter queunt. nisi prius eis administratio per decretum sit concessa, (e) adeo, ut ante in præjudicium pupilli (f) gesta, sint ipso jure nulla. (g)

Tit. 7. Libr. XXVI. Digest. de Administratione Tutorum.

a) Recept. Imp. d. Anno 1548. & Anno 1577. Tit. von Pupillen und Minderjährigen / S. das ein jeglicher / 2c. ibi: er seye gleich Testaments, weiß verordnet / S. W. Landts. Ordn. pag. 80. in pr. ibi: das alle Pfleger / 2c.

b) d. Recept. ibi: Oder durch das Recht oder Richter gegeben. Frantz. lib. 1. ros. 17. num. 108.

c) d. Recept. ibi: durch das Recht / 2c. junct. l. 1. §. 1. ff. d. leg. prastand. l. 8. ff. d. publ. in rem act. Carpzov. libr. 5. Tit. 8. Resp. 84. num. 2.

d) arg. l. 7. pr. ff. d. admin. & peric. tutor.

e) d. Recept. ibi: es seye ihme dann zuvor durch die Obrigkeit decernire und anbefohlen Fürstl. Gothische Pupillen Ordn. §. 10.

f) Max. ad lus Lubec. lib. 1. Tit. 7. art. 2. n. 29.

g) Conf. Arg. vol. 2. confil. 9. n. 8. Myns. sent. 2. obs. 37. Max. ad lus Lubec. lib. 1. Tit. 7. Art. 2. num. 27.

II.

Tutorium ad legitimandam tutoris personam (a) adeo necessarium, ut nec collationatam copiam testamenti exhiberi sufficiat. (b) In loco tamen judicii, si tutor sit constitutus, frustra desideratur. (c)

C

a) Carpz.

- Carpz. *libr. 3. Resp. 14. num. 1.* Fürstl. Würt. Landr. *part. 1. Tit. 16. §. und wa Minderjährige/ etc.*
- b) *arg. d. Recept. Imp. Vult. libr. 2. Jurispr. Roman. num. 107. Diff. Gail. lib. 2. Obs. 107. n. 5. Berlich. vol. 1. concl. 16. n. 7.*
- c) *arg. l. 1. §. ff. d. A. E. V. Gail: d. l. infin. Vult. d. l. Montan. d. jur. tutel. cap. 32. reg. 1. num. 8. Carpzov. lib. 3. Resp. 14. n. 8.*

III.

Inventarium conficere tenentur omnes tutores, (a) etiam mater & avia: (b) imo & pater filii emancipati legitimus tutor. (c) nec prohibitio testatoris officit, (d) quo minus vel privatim bona consignentur, (e) vel si id pupillo expediat, solennae inventarium conficiatur. (f) Si non fecerint, dolo id omisisse censentur, (g) & contra eos, juratur in litem (h) Nisi justam habeant omittendi causam (i) ut si nihil pupilli interest, non fuisse factum (k) aut aliæ præsumptiones pro his militent (l)

- a) *l. 7. pr. ff. l. 24. C. d. admin. tutor. l. fin. C. arbitr. tut. Ord. Imp. Polit. d. Anno 1548. Tit. von Pupillen. §. Item das er/ etc. Surd. decis. 216.*
- b) *arg. dd. text. junct. l. 1. §. 1. d. leg. præstand. Pinell. ad l. 1. C. d. bon. matern. part. 2. num. 28. Joh. del. Castell. d. usufruct. cap. 3. num. 113. Brunnem. ad l. fin. C. arbitr. tut. Fürstl. Goth. Pupillen Ordn. §. 15. Dissent. Boer. decis. 61. num. 23.*
- c) *Castill. d. usufruct. cap. 3. num. 107. Nicol. Boer. decis. 61. n. 6. Diss. Brunnem. ad l. fin. C. arbitr. tut.*
- d) *l. fin. C. arbitr. tut.*
- e) *arg. l. 2. C. quand. & quib. quart. Bach. ad Wes. Tit. d. admin. tutor. num. 4. Carpz. part. 2. const. 11. def. 4. num. 8. Wesenb. part. 2. consil. 68. num. 4.*
- f) *Nec enim Judex voluntatem defuncti sequi semper tenetur. l. 1. §. 1. ff. ubi pupill. l. 10. ff. de confirm. tut. Salycet. in l. fin. C. arbitr. tut. Brunnem. ibid. Molina. tr. 2. disp. 223. n. 12. Carpz. libr. 5. Tit. 5. Resp. 82. num. 4. Fürstl. Württemb. Landr. part. 4. Tit. 3. §. Ferner/ etc.*
- g) *d. l. 7. Mæv. p. 7. d. 282.*
- h) *l. 4. C. d. in lit. jur. Mæv. d. l.*
- i) *Mæv. d. l.*
- k) *Mæv. p. 7. d. 283.*
- l) *Mæv. d. 282. p. 7.*

IV. Qua

IV.

Quæ inventarii confectio mandari quidem, sed per sententiam tutori imponi non potest, nisi eo audito.

Mæv. p. 3. d. 112.

V.

Corporalis juramenti præstatio jure communi necessaria (a) non omnibus locis hodie observatur, (b) sed vel nuda promissio, (c) vel cum quadam solennitate, mediante baculo judiciario recipitur. (d) In hac Universitate tutores jurare tenentur. (e)

a) Nov. 72. cap. ult. Ord. Imp. Polit. d. Anno 1548.

b) Mæv. ad l. Lubec. lib. 1. Tit. 7. Art. 2. num. 45. Carpzov. part. 2. const. 11. def. 6. num. 4. Joh. à Sande lib. 2. Tit. 9. d. 9. Cothm. vol. 1. Resp. 43. n. 110. Fürstl. Württ. Lands-Ordn. pag. 76. In ordinatione pupillari Gothana corporalis juramenti præstatio requiritur. §. hiernechst. 12. ibi: folgenden Ahd wirklich erstatten. Nisi mater aut avia sit tutrix. §. 13.

c) Mæv. d. l. ibi: Hand gelübd oder Handreckung.

d) Fürstl. Württemb. Landr. d. l. 77. pag. ibi: Darauß soll der Amtmann/ jedem Pfleger oder Vormunder angeloben lassen.

e) Statut. Univ. c. 17. §. 2.

VI.

Satisfactionem rem pupilli salvam fore, juxta Imperii Recessus, præstant omnes tutores, etiam testamento dati. (a) Statutis vero & moribus multorum locorum, eandem vel sublatam, (b) vel adeò scrupulose non exigunt: (c) sed præter juramenti præstationem, (d) tacitam bonorum obligationem sufficere, tradunt quamplurimi. (e) In hoc tamèn Ducatu, & nonnullis aliis Provinciis, obligatio bonorum expressa & jurata requiritur. (f)

a) Reform. Polit. d. A. 1548. Tit. Von der Pupillin/ 2c. Besold. ad Ord. Provinc. pag. 146. Schrad. d. feud. part. 10. sect. 20. num. 309.

b) Joh. à Sande lib. 2. Tit. 9. def. 9. Rittershus. ad Nov. part. 8. Tit. 5. num. 10. Græneweg. d. ll. abrogat. princ. Instit. d. Satisfact.

c) Carpz. lib. 5. Resp. 82. num. 11. & 14.

d) vid. ib. præced.

e) Rittershus. Carpz. dd. ll.

C 2

f) Landes

f) Landts Ordn. Tit. 34. §. 5. Fürstl. Sächs. Goth. Pupillen. Ordn. §. 12. vers. Ihr sollet. in fin. ibi: alles bey Verpfandung ewer Haab vnd Güther.

VII.

Licet tutor, jure civili, ad negotia extra judicialia, si pupillus absit & dari non possit, (a) non aliter substituere alium, quam accedente decreto possit, (b) illud tamen moribus nostris non observatur. (c)

a) arg. §. fin. Inst. d. curat. ibique Vinn. l. 24. ff. d. admin. & perie. tut.

b) d. l. 24. pr. l. 55. pr. & §. 2. ff. eod. l. 13 §. 1. ff. d. tutel.

c) Berlich. part. 1. concl. 16. num. 10. Brunnem. ad l. 11. C. d. procurat. Carpz. lib. 3. Resp. 14. num. 7.

VIII.

In judicialibus causis ante litem contestatam, tutor actorem: (a) post litem vero contestatam procuratorem constituit. (b)

a) d. §. fin. Inst. d. curat. l. 11. C. d. procurat. & ibi Brunnemann.

b) l. 11. C. d. procurat.

IX.

Actor à tutore constitutus, ad legitimationem suæ personæ Actorium non tantum: sed & Tutorium exhibere tenetur. (a) & finito etiam officio tutoris, processum continuare potest. (b)

a) Carpzov. Process. Tit. 5. Art. 5. num. 33. Berlich. part. 1. concl. 16. Brunnem. ad l. un. C. d. Actor. à tutor.

b) arg. l. un. C. ut caus. post pub. Berlich. part. 2. decis. 278.

X.

Pluribus datis tutoribus, unus vel alter absque alio, negotia tam judicialia, (a) quam extrajudicialia (b) expedire potest, si præsertim nemo contradixerit. (c)

a) l. 24. §. fin. ff. d. admin. & perie. tutor. l. 1. C. si ex plurib. tutor. Carpz. part. 1. decis. 26. num. 12. ubi num. 15. docet. Saxonico jure aliud observari. Barbof. Brunnem. ad d. l. 1. C. si ex plur. tut.

b) l. 3. pr. ff. admin. & perie. tutor.

c) Nam unius contradictione id quod gestum est infirmatur. l. 7. §. 3. in f. ff. d. curat. furtof.

IX. Tu-

XI.

Tutor Juramentum nomine pupilli alteri deferre potest. (a) delatum verò omnino præstare cogitur (b) de sua vel scientia, vel credulitate, prout veritatis vel crudelitatis juramentū ei delatum (c) Sin delatum sibi, in his, quæ alieni sunt facti, jurare non compellitur (d) nisi de credulitate. (e) Qua ratione, sese excusare volens à juramento calumniæ (f) suppletorio (g) purgationis (h) recognitionis (i) diffessionis (k) taxationis expensarum (l) & quocunque alio litis decisorio (m) non auditur. Imò si factum ipsius notitiam, conscientiam concernit, de scientia jurare cogitur (n) ad exemplum mariti in causa uxoris litigantis (o)

a) arg. l. 17. §. 2. l. 35. ff. de jurejur. Carpz. Process. tit. 11. art. 1. §. 92. Mæv. ad. Jus Lub. Tit. 7. lib. 1. art. 5. n. 7.

b) Carpz. d. l. n. 95. Anton. Fab. in C. lib. 4. Tit. 1. d. 20. n. 3. Berlich. p. 1. concl. 32. n. 49. Brunn. ad l. 35. d. jurejur. n. 3. Carpz. 7p. For. p. 1. c. 14. d. 12. 13.

c) B. Lauterb. d. Relat. jurisjur. thes. 33. in fin. Brunnem. d. l. 35.

d) l. 4. ff. d. in lit. jur. l. 11. §. 2. ff. ver. amot. Mæv. p. 7. d. 385. sed volens tantum jurat. Mæv. d. l.

e) Carpz. Part. 3. d. 230. n. 6.

f) arg. l. 2. §. 2. C. d. jurejur. propter calumn. Carpz. p. 3. d. 230. n. 10. Berl. 164. n. 5.

g) Carpz. part. 3. d. 265. n. 13.

h) Carpz. p. 3. 230. d. n. 10.

i) Carpz. d. 230. n. 11. Berl. p. 2. d. 164. n. 8.

k) Carpz. d. l. Berlich. d. l.

l) arg. l. 13. §. 2. C. d. iud. Berlich. p. 2. d. 164. n. 7.

m) Berlich. dd. 164. n. 4. Mæv. p. 7. d. 385. n. 6.

n) Mæv. p. 7. d. 385. n. 6.

o) Mæv. p. 5. d. 409.

XII.

Quemadmodum pro ære alieno, adversus tutorem ipsum ejusque bona, non facienda executio, (a) etiamsi pauper sit pupillus (b) nisi tutor suo nomine se obligaverit (c) aut ex proprio dolo, vel culpa conventus fuerit: (d) aut debitor pupilli sit (e) aut fecerit,

cerit, ut creditor suum non receperit (f) Ita nec iudicio nomine pupilli agens, de proprio debito reconveniri potest (g)

- a) *arg. l. 7. ff. test. quemadm. ap. l. 15. C. de adm. tut. Mæv. p. 1. d. 195. n. 1. p. 6. d. 410.*
- b) *Mæv. p. 6. d. 410. d. l. 15.*
- c) *Mæv. p. 1. d. 228. d. l. 15.*
- d) *arg. l. 2. C. quand. fiscus. l. 13. §. 7. ff. d. A. E. V. Coler. d. process. execut. p. 2. c. 3. n. 520. & seqq. Carpz. proc. tit. 25. art. 1. n. 36.*
- e) *Mæv. part. 1. d. 227.*
- f) *Mæv. p. 4. d. 422.*
- g) *Carpzov. proc. T. 6. art. 3. num. 25. Berlich. p. 1. conclus. 22. num. 13. Mæv. d. l.*

XIII.

Si tutor durante porocessu decefferit ante publicationem sententiæ, differenda est publicatio, donec alius fuerit constitutus. (a)

- a) *arg. l. 45. de re jud. Carpz. proc. T. 16. art. 3. n. 34.*

XIV.

Præstat tutor in tutelæ administratione talem diligentiam, non quam ipse suis rebus adhibet, sed quod provido patrifamiliars incumbit (b)

- a) *l. 23. de R. l. l. 7. C. arb. tut. l. 1. pr. l. 18. d. tut. & rat. distr. Carpz. p. 2. c. 11. d. 35. n. 8. Mævius ad Jus Lubet. l. 1. t. 7. art. 2. n. 465. p. 7. d. 198. n. 3. Ferd. Arias de Mesa l. 2. c. 41. num. 25. Mæv. p. 8. d. 76.*
- b) *Id. Mæv. p. 4. d. 9.*

XV.

Digestorum & Cod. jure, tutor pecuniam pupillarem licito fœnori exponere, & in emptionem prædiorum collocare tenetur, (a) si modo vel debitores idoneos invenire, (b) vel comparare prædia: (c) (quod pupillo asserenti probandum:) (d) potuerit. Tametsi verò Novellarum jure cautè reponere pecuniam possit, modo pupillo sint redditus ad sustentationem sufficientes. (e) moribus tamen nostris jus ff. & Cod. postliminii jure restitutum censent Dd. quamplurimi. (f) Sed videantur quæ eleganter hac de re tradit Brunnem. (g)

- a) *l. 7. §. 3. l. 15. l. 49. ff. l. 24. C. de adim. tut.*

b) l.

- b) l. 12. §. ult. ff. d. adm. tut. l. 3. C. de usur. pupill.
- c) ad. ll.
- d) Hartm. Pistor. O. 82. n. 15. Carpz. p. 2. c. 11. d. 23. n. 3. Surd. dec. 318. n. 11. Mascard. concl. 467. n. 27.
- e) Nov. 72. c. 6. Auth. novissimè C. de admin. tut. Carald. Mean. Obs. 465. n. 1. Hartm. Pist. p. 1. q. 49. n. 29. Carp. p. 2. c. 11. d. 22. n. 2. Barbof. ad auth. noviss. C. dt.
- f) Nov. 72. c. 6. Mæv. p. 7. d. 200. u. 2.
- g) Carpz. p. 2. c. 11. d. 22. n. 4. Hahn. ad Wes. de admin. tut. n. 4. Cothmann. vol. 4. Resp. 9. n. 69. Rauchbar. p. 2. q. 29. num. 6. Mæv. p. 2. d. 200. ad Jus Lub. lib. 1. tit. 7. art. 13. n. 31.
- h) ad Auth. Novissimè C. d. adm. tut.

XVI.

Non oburgens æs alienum tantum, (a) sed & causam dotis, (b) & propter nuptias donationis: (c) alimentorum (d) studiorum &c. (e) res minorum distrahuntur, (f) sed adhibitis solennitatibus. (g)

Tit. 9.
Lib. XXVII
De Rebus eorum, &c.

- a) l. 5. §. 14. d. reb. eorum. l. 12. C. d. prad. min.
- b) l. 61. §. 1. ff. de jur. dot. l. 22. C. d. admin. tut. Carpz. p. 2. c. 11. def. 28. num. 4. Mantic. d. tacit. convent. l. 4. t. 6. n. 6. Steph. Gratian. discept. forens. c. 367. num. 2. & 3. Surd. dec. 278. Rice. coll. decis. 345.
- c) Carpz. l. 5. Resp. 72. n. 2.
- d) arg. l. 4. ff. de agnosc. lib. Wes. in π. b. t. n. 4. Molin. d. just. & jur. tr. 2. disp. 226. n. 22. Surd. d. alim. t. 8. privil. 45. Castillo. l. 4. controu. 62.
- e) d. l. 4. Johan. à Sande. de prohibit. rerum. alienat. p. 1. c. 1. num. 62.
- f) Brunnem. ad l. 3. C. de prad. min.
- g) vid. Mæv. p. 7. d. 199. n. ult.

XVII.

Ob solam tamen utilitatem ad distractionem nequaquam perveniendum.

l. 5. §. 14. de reb. eor. l. 13. pr. eod. Joh. à Sand. l. 2. decis. Frisic. tit. 9. def. 14. ubi in suprema curia ita iudicium refert. Afflict. dec. 87. n. 1. Mastril. dec. 129. n. 2. Trentacinq. lib. 2. Tit. de minorib. res. 9. n. 9. Surd. cons. 155. n. 89. Mæv. p. 7. d. 199. n. 3.

XVIII.

XVIII.

Fraudibus circa venditionem rerum minorum occurrentis, & ad verum rei pretium indagandum, convenientissimum est sub-
hastationis remedium, (a) adeò, ut illius ommissio nonnullis in lo-
cis (b) totam vitiet venditionem. Quod ipsum tamen, nec ubi-
que, (c) nec in hoc Ducatu observatur.

- a) Carpz. l. 5. Resp. 72. Joh. à Sande d. prohibet. rer. alien. c. 1. num.
72. Mantica. d. tac. convent. l. 4. T. 8. n. 31. Molin. tr. 2. disp.
224. n. 21.
- b) Præsertim in foro Saxon. Carpz. l. 5. t. 3. Resp. 72. n. 8. & seqq.
Richter. p. 1. dec. 13. n. 12.
- c) Bruuem. ad l. 12. C. de prad. min. in fin. Steph. Gratian. discept.
for. tom. 3. c. 433.

XIX.

Quemadmodum creditor rem minoris, pignoris jure sibi ob-
ligatam, distrahere sine solennitatibus potest: (a) ita tutoribus
circa rem debitoris minori obligatam, eadem potestas est con-
cessa. (b)

- a) l. 1. C. d. prad. min. ibique Brunnemann. Trentacinq. l. 4. re-
sol. 9. Tit. d. minor. num. 24.
- b) l. 5. §. 3. ff. d. reb. eorum. argum. l. 35. §. 1. ff. d. pign. act. l. 9. C.
cod.

XX.

Decretum interponere potest iudex, non tantum domiciliï,
(a) sed & rei sitæ; (b) adeò, ut in tutoris sit arbitrio, quem vellet
adire, (c) & præventioni locus sit. (d)

- a) l. 5. §. 12. de reb. eorum, qui sub tut. Barbof. ad l. 1. C. d. prad.
min.
- b) l. 16. C. d. prad. min. & ibi Barbofa, Brunneman.
- c) Molin. d. j. & j. tr. 2. disp. 224. n. 29. Berlich. p. 1. decis. 29. Gra-
tian. t. 3. c. 555. n. 6.
- d) Salycet. Brunnemann. ad l. 16. C. d. prad. min. Mantica d. tac.
convent. l. 4. T. 6. n. 24.

XXI.

In ipso actu alienationis rerum minorum necessarium esse
consensum putant nonnulli (a) Sed contrarium veriùs. (b)

- a) Ca-

a) Carol. d. Maxan. obs. p. 1. D. 12. n. 12.

b) l. 101. d. V. O.

XXII.

Præsentia Magistratus supplet tutoris auctoritatem in illis negotiis, quibus decretum necessarium non est, (a) non verò tunc, quando ultra tutoris auctoritatem decreto est opus. (b)

Lib. 26. tit.
8. de Au-
thor. tut.

a) l. 7. C. qui admitt. ad bon. poss. l. 18. §. pen. C. d. jur. delib. Nicol. Bets. d. pact. fam. illustr. c. 7. p. 287. Sichard. ad l. 3. C. d. in integr. rest. n. 14. Farin. pr. crim. p. 1. quest. 15. n. 39. Barbof. ad l. fin. C. si pp. publ. pensit.

b) l. fin. C. si propter publ. pensit. & ibi Salycet. Barbof. Befold. in delib. jur. l. 1. c. 34. Damhoud. d. subhast. c. 2. n. 10. Simoncell. d. decr. lib. 3. §. 7. inspect. 2. n. 25.

XXIII.

Honorarii tutores, quibus administratio tutelæ interdicta non est, (a) auctoritatem interponere possunt. (b)

a) Nam si interdicta sit, tutor honorarius auctor fieri nequit. l. 14. §. 1. d. solut. l. 4. d. auct. tut.

b) l. 49. ff. d. acq. & O. H. Tholosan. Syntagm. juris. l. 12. c. 14. Carpz. l. 5. Resp. 67. n. 16. Hahn. ad Wes. d. auct. tut.

XXIV.

Tutor in rem suam auctor fieri nequit. (a) Unde à seipso, etiam per personas intermedias, (b) clam emere nequit. (c) Quod si à pupillo alium tutorem non habente, rem emere velit, non aliter consistit emptio, nisi fiat palam, & bona fide, (d) i. e. soluto justo pretio, & præsentem magistratu, (e) vel cognatis. (f)

a) l. 5. §. 2. d. auctor. tut. l. 34. §. 7. d. contrah. empt. §. ult. l. de auctor. tut. Hahn. in not. ad Wes. tit. d. auct. tut. n. 12. Carpz. p. 2. c. 13. d. 20. n. 2. Fürstl. W. Lands. Ordn. p. 82. §. Es sollen.

b) l. 5. §. 3. & ult. l. 7. pr. d. auctor. tut.

c) palam enim si nomen dederit, & notum fecerit, quod per alium emere velit, emptio subsistit. d. l. 5. §. 4. d. auct. tut. Ant. Gamma decis. 227. Molin. d. j. & j. tr. 2. disp. 224. n. 6. Surd. Conf. n. 7.

d) l. 5. C. d. contrah. empt. & ibid. Brunnem. Barbof. n. 1. & 10.

e) arg. l. 7. C. qui admitt. ad bon. poss. Brunnem. ad l. 5. C. d. contrah. empt. Carpz. p. 2. c. 11. d. 33. §. W. & O. d. r. §. es wäre.

D

f) Carpz.

f) Carpz. l. 5. Resp. 68. n. 12. Eündenspur. ad O. P. p. 20. p. 149. n. 14.
Harpp. adpr. l. d. E V. n. 152.

XXV.

Tutor rem pupilli subhasta publica distractam, bona fide (a)
comparare non prohibetur. (b)

a) Si enim adhuc justum pretium non sit constitutum, non subsistit emptio. Salyc. ad l. 5. C. d. contrali. empt. Groeneweg. d. ll. abrog.

b) l. 2. §. 8. pro empt. Carpz. Ipr. For. p. 2. c. 11. d. 33.

XXVI.

Ante rationes justificatas pupillus à tutore, res in inventario comprehensas petere potest. (a) Sed ad reliqua non est damnandus nisi deductis impensis, quarum nomine exceptio, compensatio & reconventio, & retentio competit. (b) Etiam si cognatio debitoricum pupillo intercesserit. (c)

a) Carpz. p. 1. decis. 94. Surd. decis. 194. n. 11. Disf. Joh. à Sande lib. 2. T. 9. def. 12.

b) Mæv. p. 3. d. 170. p. 5. d. 133.

c) Mæv. p. 8. d. 77.

XXVII.

Circa Periculum nominis, an ad pupillum pertineat distinctione opus est. Vel enim quæstio est de nominibus à patre, vel ab ipso tutore contractis. Illa parens vel ita credidit, ut apud debitorem manerent pro usuris, vel ut statim solvantur. Quoad illa quæ prioris generis sunt, tantum hoc præstatur pupillo, ut non sint dolo vel lata culpa (a) tutoris reddita inidonea; ideò tali non probato pupillus tenetur agnoscere (b) culpæ autem probatio alleganti incumbit. (c) Probatum censetur, si à debitore inopiæ suspecto per longum temporis debitum non exegit, (d) Nec ejusdem usuras (e) aut imperite & inepte exegit. (f) Idem de posterioris generis debitis (g) Si à tutore sunt contracta, interest, an ab ipso tutore an ab ejus antecessore sunt contracta. Horum periculum non aliter suscipit successor quàm si ejus lata culpa sunt inidonea facta. (b) In illis quæ à tutore ipso contrahuntur, præstat levem culpam non tamen in contrahendo, sive illi credidit, cui providus paterfamilias non credidisset. (s) Sed etiam in exigen-

gen-

gendo. (k) Illud verò inter hæc interest, quod illic tutor diligentiam hic verò pupillus negligentiam probare teneatur. (l)

- a) l. 2. C. arbitr. tut. ubi Brunnem. l. 57. ff. d. admin. tut. Mæv. p. 4. d. 11. Carpz. 7p. For. p. 2. 11. d. 24. 49. n. 5.
- b) Diff. Finck. Obs. 35. n. 17. d. l. 2. Carpz. d. l. def. 24. Hartm. Pistor. p. 1. q. 49. n. 2.
- c) l. 57. ff. d. admin. tut. Mæv. p. 4. d. 11. n. 2. Carpz. d. const. 11. d. 26. Brunn. d. l. 2. Hartm. Pistor. d. q. 49. n. 3.
- d) Mæv. p. 8. d. 78. 2.
- e) arg. l. 58. in pr. ff. d. adm. tut. Mæv. d. l. num. 5.
- f) Mæv. part. 8. d. 79.
- g) Mæv. p. 4. d. 11. n. 3. 4.
- h) Brunnem. ad l. 2. C. arbitr. tut. n. 6. Carpz. 7p. Fr. p. 2. 6. 11. d. 24. 25. Mæv. v. 7. d. 198. n. 4.
- i) Brunn. ad l. 18. C. d. adm. tut. Carol. d. Mæan. Observat. Lend. 465. num. 8. Mæv. p. 4. d. 11. num. 8. part. 7. d. 198. add. l. 111. d. Cond. & dem.
- k) l. 16. ff. adm. tut. l. 37 §. 1. ff. d. N. G. junct. l. 7. C. arbitr. tut. Brunn. d. l. 18. Mæv. d. l. part. 7. d. 198. n. 8. Hartm. Pistor. p. 1. q. 49. n. 9.
- l) Carpz. 7p. For. part. 2. const. 11. d. 26. Brunn. ad l. 2. C. arbitr. tut. H. Pistor. d. l.

XXVIII.

Tutorem ob tutelam administratam, non nisi in loco administrationis conveniri posse, certum est.

- l. 1. C. ubi d. ratiocin. l. 54. §. 1. ff. d. proc. l. 19. §. 1. d. judic. Carpzov. l. 2. Resp. 33. Idem decis. 286. num. 12. Frantzk. l. 1. ref. 16. num. 51. & seqq. Berlich. decis. 273.

XXIX.

Usurarum usuras, tutor conventus tutelæ actione, non præstat, (a) etiamsi ipse in exactione negligens fuerit, (b) si tamen à debitoribus pupilli usurarum nomine pecuniam receperit, eamque vel otiosam reliquerit, vel in suos usus converterit, illius quoque pecuniæ usuras solvere tenetur. (c)

- a) l. 7. §. 12. d. adm. & peric. tut. Carpz. p. 2. cap. 30. d. 32. Frantzk. l. 2. ref. 10. n. 30.
- b) Carpz. d. l. d. 31.

c) *d. l. 7. §. si. usuras, l. 58. §. f. de adm. tut.* Ferdin. Arias. de Mesa. *l. 1. c. 10. Max. p. 8. d. 232. n. 6.*

XXX.

Lib. XXVII.
Tit. 4.
De contra-
ria tutel. a-
stione.

Rationes redditæ retractari possunt, quando in calculo, aut aliis erratum: aut dolo vel collusionem actum docetur.

Max. p. 3. d. 113.

XXXI.

Tutor regulariter nec salarium, (a) nec illius, quod administrando negotia pupillaria, ipse interim quod in rebus propriis sensit, damni refusionem petere potest. (b)

a) *l. 38. d. N. G. l. 58. pr. de admin. & peric. Tut. Montan. d. Tutel. cap. 23. num. 19. Munoz. de Escobar. d. ratiocin. pag. 384. num. 36.*

b) *Hartm. Pistor. O. 124. Carpzov. p. 2. c. 11. d. 40. n. 3. Jure tamen Würt. res aliter se habet. §. W. & O. p. 84.*

XXXII.

Pater pupilli, tutori pecuniam debet, quæritur an contraria actione repetere possit. Negatur (a) Sed compensare posse dubium habeat nullum. (b)

a) *l. 1. §. 5. ff. contr. lit.*

b) *Mart. p. 5. d. 132. Brunn. ad l. 9. §. 5. ff. d. adm. tut. in fin.*

XXXIII.

Lib. XXVII.
Tit. 5.
De eo qui
pro tut.

Pupillo, in bonis protutorum, tacitam ad exemplum tutorum concessam esse hypothecam communis est Dd. opinio, (a) tamen si expresso textu destituatur.

a) *Merlin. de pignor. l. 3. §. 1. q. 2. n. 13. Munoz. d. Escobar. d. ratiocin. c. 39. n. 3. Mantio. d. tac. convent. l. 11. T. 16. n. 8. Berl. p. 1. concl. 67. n. 22. Carpz. lpr. for. p. 2. c. 24. d. 14. Vincent. d. Franch. decis. 329. n. 7.*

XXXIV.

Tit. 9.
Lib. XXVI.
Mand. ex
n. tut.

Tutor, nomine pupilli contrahens, durante officio, ad hoc quidem, ut ex bonis pupilli solutionem procuret, (a) finito vero officio planè non conveniri à creditoribus potest, (b) nisi vel dolo versatus fuerit, (c) vel tanquam fidejussor, (d) aut proprio nomine se obligaverit, (e) pro se scilicet & heredibus suis promittendo. (f) aut sint quædam tutelæ annexa & consentanea (g) aut pupilli causa mandatum alteri, ut pecuniam credat (h)

a) Non

- a) Non enim suo nomine rectè convenitur Carpz. l. 5. T. 8. Resp. 77. n. 14. arg. l. 4. quod iussu. l. 7. §. 1. ff. d. instit. art. l. 7. §. 11. ad SCim. Maced. Mæv. part. 6. d. 10. n. 1.
- b) l. 1. C. quand. ex fact. tut. l. 5. l. 7. ff. eod. l. 26. vers. inconveniens C. de adm. & peric. tut. l. fin. ff. de instit. act. Berl. p. 1. decis. 13. & seqq. Richter. p. 1. decis. 14. n. 70. Carpz. l. 5. Resp. 77. n. 13. Wurmf. t. 38. O. 10. Boer. decis. 80.
- c) l. 13. §. 7. ff. de A. E. V. Berlich. decis. 13. n. 2. Brunnem. ad l. 15. C. de adm. n.
- d) l. 15. C. de adm. tut. Anton. Fab. in Cod. l. 5. t. 23. d. 5. Hering. de fidej. c. 20. §. 31. n. 4. Barbof. ad d. l. 15. secus, si tutor subscripserit. Natta conf. 64. num. 9. Boer. decis. 80. n. 3. Brunn. ad d. 15.
- e) Berlich. d. decis. 13. n. ult. Coler. d. process. execut. p. 2. c. 3. n. 258. Befold. conf. 113. n. 23.
- f) Berlich. dec. 14.
- g) Mæv. p. 6. d. 69. c. 93. n. 1. 2.
- h) Mæv. p. 4. d. 188.

XXXV.

Quamvis pluribus fidejussoribus conventis, ex constitutione D. Hadriani, beneficio divisionis sit prospectum: (a) Id tamen non locum habet, in pluribus fidejussoribus pro tutore fidem interponentibus suam. (b) Secus, si ex pluribus tutoribus singuli fidejussorem dederint. (c)

- a) §. 4. Inst. d. fidejuss.
- b) l. fin. rem. pupil. salv. for. ff.
- c) arg. l. 1. C. divid. tut.

XXXVI.

Heredes tutoris quatenus teneatur non una est omnium sententia. Nec de lata, nec de levi tutoris culpa eosdem teneri defendit Giphon. (a) communis est Interpp. saltem quod de lata tutoris culpa teneantur, de levi non item (b) nisi vel lis cum defuncto tutore sit contestata, vel cum damno pupilli lucrum captam aut gratia præstitum sit (c) distinguit Mæv. inter facta tutorum & heredum. Quod illa attinet esse de istis actionem contra heredes non tantum ob latam, sed etiam ob levem culpam (d) Quo ad hæc, sicuti tutela morbo extinguitur nec ad heredes transeat:

ita actionem tutelae ad illos pertinere, nisi aut isti negotia pupillaria gerere perseveraverint, aut a tutore caepa continuaverint, & executi sint, aut nisi ex damno pupilli lucrum fecerint, aut ejus causa vel gratia aliquid acceperint, in his omnibus de dolo & lata culpa non de levi teneri, (e) Utcunq; ea res sese habeat, a communi & in Praxi recepta Interpp. sententia non recedendum arbitramur.

- a) Giphan. in C. ad lit. Strauch. disp. ad fur. Inst. 5. tb. 32. in f.
- b) Ita interpp. ferè omnes. Gl. Salycet. Bartol. Angel. Fulgos. Bald. Castrenf. Sichard. Salycet. Cyn.
- Ex recentioribus Bach. ad Tr. v. 2. disp. 9. tb. 5. lit. d. Montan. d. tutel. c. 39. n. 50. Barbof. ad h. tit. Wissenb. ad π. Tit. d. fidejussor. & h. d. bus tut. Hahn. in not. ad W. tit. & tut. & rat. n. 4. Schnobel. ad π. disp. 15. tb. 27. Anton. Math. Coll. π. disp. 36. thes. 32.

Et secundum hanc sententiam judicatum refert. Carpz. 7p. For. part. 2. const. 11. d. 35. Add. Brunnem. conf. 156. n. 2.

- c) l. 1. C. d. hered. suc.
- d) part. 8. d. 22.
- e) Idem.

XXXVII.

Subsidiarian contra Magistratus actionem ab usu judiciorum jam dudum recessisse, & desuetudine antiquatam esse censent plurimi: (a) De contraria tamen consuetudine non pauciores numero & auctoritate Doctores etiamnum hodie attestantur. (b) De qua in hoc Würtembergico Ducatu nec dubitare licet. (c)

- a) Montan. d. jur. tutel. cap. 37. reg. 7. num. 64. Paul. Badius ad l. 1. ff. d. Magist. conv. Tulden. in C. di. num. 3. Christin. vol. 3. decis. 181. num. 4. Groeneweg. d. ll. abrogat ad §. 2. Inst. d. Satisfact. Vinn. ibid. & alii allegati à Dn. Scheineman. disp. d. subsid. act. tb. 2.
- b) Math. Wæsenbec. consil. 245. & 266. Hering. tr. d. fidejussor. cap. num. 26. Berlich. concl. Pract. 29. vol. 2. n. 79. Carpz. Ipr. For. part. 2. const. 11. def. 41. & in Resp. lib. 5. Resp. 82. n. 15. Dn. Scheinem. dict. disp. tb. 3.
- c) Ordia. Provinc. Tit. vom Waisengericht und Oberpflegschaft 42. §. der gleichen.

XXXVIII.

Tit. VIII.
De Magistratibus
converien-
dis.

XXXVIII.

Licet Jus civile matri, quæ vitricum superinduxit educationem liberorum auferat, (a) multorum tamen locorum Statutis contrarium servatur, si modo ipse persona sit honesta, nullisque suspicionibus obnoxia. (b) Quod in hoc Ducatu, obusum fructum matri, in bonis liberorum concessum, haud dubie affirmandum.

Tit. 2^o
Lib. XXVI

a) l. 1. C. ubi pupill. educar. arg. l. 22. C. d. adm. tutor. Berlich. d. jur. Noverc. part. 2. sect. 17. §. 1. num. 11. Carpzov. part. 2. const. 11. def. 42. Perez. in Cod. Tit. ubi pupill. educ. num. 6.

b) Perez. in C. de. in fin. Groenev. tr. d. ll. abrogat. Tit. C. ubi pup. educar. Carpzov. part. 2. const. 11. def. 43. vid. Fürstl. Goth. Pupilln Ordn. §. 3. ubi matri ad secunda vota transeunti non simpliciter adimitur educatio, sed causa diligenter cognita, ibi: ob etwan erhebliche ursachen vorkämen / etc.

XXXIX.

Furiosi in bonis curatorum, ad similitudinem tutorum & curatorum reliquorum, tacitam habent ex lege hypothecam. l. ult. §. 5. in fin. ibi: Et inventario cum omni subtilitate publice scripto, res suscipiat & eas secundum sui opinionem disponat, sub hypotheca rerum ad eum pertinentium, ad similitudinem tutorum & curatorum adulti. §. 6. C. d. curat. furios. Berlich. part. 1. concl. 67. num. 23. Merlin. d. Pignor. libr. 3. Tit. 1. quest. 2. num. 13. Munnoz. d. Escobar. d. Ratiocin. admin. cap. 39. num. 3.

Tit. X.
De Curatoribus furios.
si, &c.

XL.

Repellitur mater à tutela liberorum per secundas nuptias (a) contractas, (b) & vitam luxuriosam; (c) Etiam si testamento eam habeat (d) adeò, ut nec mortuo marito eam reassumere possit. (e) Aliud de sponsalibus, sive de futuro, (f) sive de præsentì dicendum. (g)

a) Nov. 94. cap. 2. Auth. Sacramentum C. quand. mul. tut. off. & ibi Brunnem. Barbos. Carpz. Ipr. For. part. 2. const. 11. def. 14. in fin. Surd. decis. 106 Ricc. collect. decis. 315.

b) Non si nubere voluerit, & alios tutores petierit; poenitentia verò ducta, in viduitate permanserit. Salyc. add. Auth. Sacramentum C. quand. mul. Boer. decis. 266. numer. 5. Mynsing. cent. 3. obs. 83. in fin. Sanchez lib. 7. disp. 88. num. 5.

c) l. 3^o

- c) l. 3. C. *quand. mul. tut. off.* Græv. lib. 2. *concl.* 98. *coroll.* n. 4. Gail. lib. 2. *obs.* 98. *num.* 16. Molina d. *just. & iur. tract.* 2. *disp.* 220. *num.* 17. Barbof. Brunnemann. *ad d. l. 3.* Gabriel. Tom. 3. *Tit. ult. concl.* 9. *num.* 15.
- d) Boer. *decis.* 124. *num.* 12. Græv. d. l. *num.* 2. Gabriel. Tom. 3. *comm. concl. d. secund. nupt. concl.* 9. n. 6. Mynsing. *cent.* 3. *observat* 83. Sanchez. lib. 7. *disp.* 88. *num.* 8. Barbof. *ad Auth. Sacramentum num.* 9. Ricc. *coll. decis.* 315. Molina d. *just. & iur. tract.* 2. *disp.* 220. n. 17.
- e) Græv. d. l. *Surd. decis.* 106. *num.* 11. Montan. d. *Tutel. cap.* 15. n. 75. Mynsing. *cent.* 3. *obs.* 83. *vid.* Boer. *decis.* 266. *Speculat. Tit. d. tut. §. nunc videndum. vers. quid si mater. num.* 7.
- f) Gabriel. Tom. 3. *concl. comm. Tit. d. secund. nupt. concl.* 9. n. 13. Sanchez. lib. 7. *disp.* 88. *num.* 5. Menoch. d. *Arbitr. iud. quest. cas.* 151. *num.* 7. Barbof. d. *Auth. Sacramentum num.* 6.
- g) Boer. *decis.* 266. *num.* 5. *Diss.* Barbof. d. l. l. *num.* 7.


XLI.

Pater tamen legitimus filii emancipati tutor, per transitum ad secunda vota tutelam non amittit. Quia prædictæ LL. de matre loquuntur, non verò de Patre. Barbof. *ad d. Auth. Sacramentum n. 1.* Sanchez. lib. 7. *disp.* 88. *num.* 12.

XLII.

Tutor remotus ob dolum fit infamis (a) si modo in sententia causa condemnationis exprimatur, (b) si ob culpam, tametsi latam, non æque (c)

- a) §. 6. *Inst. d. suspect. tutor.* Mæv. *ad l. Lubec. lib. 1. Tit. 7. artic.* 6. *num.* 24.
- b) l. 4. §. 1. & 2. *ff. d. suspect. tutor.* Mæv. d. *Tit. 7. art. 6. num.* 27.
- c) Frantzk. *Exerc. 6. quest.* 8. Struv. *Exerc. ad π. 36. th.* 55. *Diss. Dd. commm. Vinn. ad §. 6. Inst. d. ut. num.* 3. ubi tamen in fin. *addit. contrariam mitiorem sententiam moribus nostris accommodatiorem esse Mæv. d. l. l. num.* 25. & seq.



01 A 6569

ULB Halle

3

003 090 302



W17





B.I.G.

Farbkarte #13

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

orico-Practicarum

iores π. Libros

28

TIO II.

T CURA

A, DISSOL-
QUE.

asione

ut & Libr. xxvii. Dig.

IDE

O BARDILI,

Professore.

July.

ue solitis

suscipiet

ORUS WELSERUS,

gust.



G Æ,

ROMMEL.

C. LXXXII.